THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Seite 181v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



annis portauis honera
aliorum. Quod cum fecisset
dicit ei philosophus. Nec adhuc
tibi indulgeo nisi alijs
tribus annis dederis hijs mer
cedem qui te iniurijs et con
uicijs affligunt. Quod
et cum ille complesset dicit ei
magister suus. Veni modo et in
gredere atheniensium ciui
tatem et illic sapienciam
possis discere. Erat autem
ibi quidam senex sapiencia
studiosus sedens ad portam
omnesque ingredientes ex
piendi causa conuicijs af
fligebat. Quod cum iu
uenis ingredienti faceret.
ille exorto cachinno risit.
Cui senex ait. Quid est
hoc quod agis? Ego te iniu
rior et tu rides? Cui iuue
nis respondit et non uis ut
rideam. cum tribus annis de
derim mercedem ut hoc pa
terer quod hodie a te gratis
patior? Tunc senex dixit
ei. Ingredere ergo ciuitatem quia
dignus es. Hys quidam
sanctus addebat dicens. Hec
est porta dei per quam patres nostri

per multas tribulationes
et iniurias ingressi sunt
ciuitatem dei. De indiscre
tione. C. lxxxxv.

Senex quidam magnus
uirtute discrecionis ca
rens. omnes pristinos labo
res perdidit insuper miserabi
liter uitam finiuit. Hic
.L. annis in heremo commo
ratus. singularem uite discre
cionem tenuit. et solitudinis
secreta miro feruore ultra
omnes sectatus est. Hic
igitur post tantos labores
a dyabolo delusus grauissimo
lapsu corruens. cunctos
in heremo constitutos luc
tuoso dolore percussit. Et
minime cecidisset. si bonum
discrecionis tenere uoluisset.
Tanto siquidem rigorem
animi sui immitabilem
ieiunij continenciam semper ex
cuit. ut nec in die natiuitatis
pasche uel pentecostes ri
gorem abstinencie solueret.
Cumque omnes heremite in
tantis sollempnitatibus
ad ecclesiam pariter conuenissent.
solus ille non affuit. ne